VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 25v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



fratre suo: et percusserunt simul cha
naneum qui habitabat in sephath.
et interfecerunt eum. Vocatumque est
nomen urbis, orma idest anathe
ma. Cepitque iudas gazam cum fi
nibus suis: et ascalonem atque accaron
cum terminis suis. Fuitque dominus cum
iuda. et montana possedit. Nec potu
it delere habitatores uallis: quia falca
tis curribus abundabant. Dederunque
chaleph lebron. sicut dixerat moyses.
qui deleuit ex ea tres filios enach. ie
buseum autem habitatorem ierlm non
deleuerunt filii beniamin. habitauit
que iebuseus, cum filiis beniamin in
ierlm usque in presentem diem. Domus
quoque ioseph ascendit in bethel. fuit
que dominus cum eis. Nam cum obsiderent
urbem, que prius luza uocabatur. ui
derunt hominem egredientem de ciui
tate: dixeruntque ad eum. Ostende nobis
introitum ciuitatis. et faciemus tecum
miam. Qui cum ostendisset eis. per
cusserunt urbem in ore gladii. homi
nem autem illum, et omnem cog
nationem eius dimiserunt. Qui di
missus abiit in terram ethim. et edi
ficauit ibi ciuitatem. uocauitque eam
luzam. que ita appellatur, usque in pre
sentem diem. Manases quoque non de
leuit bethsan et thanach. cum uicu
lis suis. et habitatores dor. et ieblaam
et maggeddo cum uiculis suis. Cepit
que chananeus habitare cum eis. Post
quam autem confortatus est. isrl. fecit eos
tributarios et delere noluit. Effraim
etiam non interfecit chananeum qui
habitabat in gazer. sed habitauit cum
eo. Zabulon non deleuit habitatores
cethron. et naalon. sed habitauit cha
naneus in medio eius. Factusque est ei
tributarius. Aser quoque non dele
uit habitatores achon. et sydonis a
lab. et achizib. et alba. et affech. et reob.
habitauitque in medio chananei ha
bitatoris illius terre: nec interfecit
eum. Neptalim non deleuit habita
tores bethsemes. et bethanath. et habi
tauit inter chananeum habitatorem
terre. Fueruntque ei bethsemite. et be
thanite tributarii. Artauitque amor
reus filios dan in monte. ne dedit
eis locum. ut ad planiora descende
rent. Habitauitque in monte hares. quod
interpretatur testatio in ahilon. et sa
labin. Et aggrauata est manus domus
ioseph: factusque est ei tributarius. Fuit
autem terminus amorrei ab ascensu
scorpionis petra et superiora loca. II.
Ascenditque angelus domini de galgala ad
locum flentium. et ait. Eduxi uos
de egypto. et introduxi in terram pro qua
iuraui patribus uestris. et pollicitus sum
ut non facerem irritum pactum me
um uobiscum in sempiternum. Ita
dum taxat. ut non feriretis fedus cum
habitatoribus terre huius. et aras eorum
subuerteretis. et noluistis audire uocem
meam. Cur hoc fecistis? Quam obrem
nolui delere eos a facie uestra. ut habea
tis hostes: et dii eorum sint uobis in ruinam.
Cumque loqueretur angelus domini uerba hec
ad omnes filios isrl. eleuauerunt uo
cem suam et fleuerunt. Et uocatum
est nomen loci illius flentium siue la
crimarum. Immolaueruntque ibi hosti
as domino. Dimisit ergo iosue populum. et
abierunt filii isrl unusquisque in tabernacula
sua. et in possessionem suam.
ut obtinerent eam. Seruieruntque domino
cunctis diebus eius et seniorum qui longo
post eum uixerunt tempore. et nouerant
omnia opera domini que fecerat cum isrl.
Mortuus est autem iosue filius nun
famulus domini. centum et decem an
norum. et sepelierunt eum in finibus pos
sessionis sue, in thamithsare. in monte
ephraim. a septentrionali plaga mon
tis gaas. Omnisque illa generatio congrega
ta est ad patres suos. Et surrexerunt
alii. qui non nouerunt dominum. et opera
que fecerat cum isrl. Feceruntque filii i
srl malum in conspectu domini. et seruierunt
baalim. ac dimiserunt dominum deum pa